



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Quitensis in Peruuo n. 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

minimā etiam commendatione Sociorum<sup>1</sup>, quorum non minus ē moribus, quam verbis, iusticie ac veritatis Christiane lux sese in corrupta prodebat. Hec Ibidem.

Sociorum singularis zelus, pietas, doctrina, ac modestia in inuentute excolenda.

*Quorū industria Vrbes ex vi-*  
*tiorū nocte in lucem reuocantur.*  
Quam ne-  
cessarij ad  
acuendam  
pietatem,

*& fidē Ca-*  
*tholica in-*  
*staurandā.*  
Solantur in  
laboribus  
Socij,

5 A VARII MAGISTRATIEBUS: Quorum publicis expressa literis testimonia, sic se habent: Notum facimus (inquit) Societatis Patres in hac nostra Civitate singulati zelo, pietate, doctrina, ac modestia iuuentutem excolare, nec minus ad omnem virtutem atque honestatem, quam ad eruditionem informare. Et alib: Testamur hanc Vrbem hominum Societatis industria ex mera nocte, in qua ipsi eam deprehenderant, in lucem reuocatam. Item alibi: Fatemur Patres Societatis IESV ad instaurandam hic orthodoxam, & Catholicam fidem, ad acuendam pietatem, ad promouenda literarum studia, ad bonos & Christianos mores inducendos, magno usui, adeoque necessarios fuisse. Hec Ibid. lib. 6. fol. 889. Et id genus multa alibi.

6 AB ANNA MOMORANTIO *Comestabilis*, seu *Equitum Magistro*, ad quem cum *Socij Parisenses*, *Anuillani filij* monitu, quasdam purgaturi columnas adiussent, in hunc eos modum affatus est: Nequaquam me fugit quam multa Societas Vestra in Gallia perpesia sit, postquam præsertim dissidium in Religione publicè factum est. Ceterum vos æquiore haec animo ferre debetis, quod sunt vobis cum optimis quibusque communia. Ac recordamini quicumque in Ecclesia Dei magnum aliquid moliti sunt, magnas etiam, uti vos difficultates expertos esse. Quod si qua simplicitate, quaque pietate cœpistis Ecclesiae Dei prodesse reique publicæ, pergatis: nihil est quod vobis magnopere timendum sit: istis enim præsidijs tuti eritis. Quod attinet ad me operam meam nullo unquam loco desiderabitis. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 2. num. 59.

*Præferuntur ceteris in re Christiana promouenda.*

7. A PRÆTORE QVITENSI *Ad Limanum Proregem de Socijs scribente*: Mihi (inquit) affirmanti credat Excellentia Tua, ad rem Christianam promouendam, ad opportu-

nam

nam his hominibus opem ferendam , plus esse illos vnos, quam omnes aliorum Ordinum familias : propeque illud affirmare ausim , pluris interesse Reipublicæ illos esse in his terris, quam Regios ipsos Auditores. Ita ille in citata Imag. I. sacer. Soc. lib. 5. cap. 11. fol. 679. Benevolentia hic error , & excessus amoris est erga Societatem , quam nos omnium Religionum minimam profitemur.

8. A PRÆTORE INDIAE, Ad Regem Lusitanum his ipsis verbis inter alia scribente : Si totas quam primum Indias cerne-re Christianas cuperet, quam plurimos curaret eiusmodi de Societate mittendos. Tam præclarum Societati nomen primo-rum Patrum virtute , & industria partum in Orientali India. Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 4. num. 73.

9. \* AB HYACINTHO DE LARIS Equite Iacobæo, Gu- Commen-  
bernatore Fluminis Argentei , seu Portus Bonaeiræ, in Epistola ad dantur Re-  
Gubernatorem Paraquaria D. Didacum de Escobar , è fluui Para- ductiones  
nensi conscripta , dum Visitationi Reductionum nostrarum vacaret. Paraqua-  
riæ.  
Inueni (inquit) istas Indorum Reductiones Societatis IESV Ex labori-  
laboribus prope infinitis partas, earum Templa, & diuinum bus prope  
cultum adeo firmum & constantem, tantoque cum splen- infinitis.  
dore, quantum videre est in Ciuitatibus antiquis frequenti  
populo, omniq[ue] politia Christiana conspicuis : multam or-  
namentorum sacrorum , sacrarum Imaginum, sacrariorum,  
æditiorum, Cantorum, & omnis generis musicorum instru-  
mentorum supellecilem admiratus sum : sed in primis hos  
Neophytes tam belle institutos, pios, diuino & Regio ob-  
sequio adeò addictos, tam absque querela, molestia, & vexa-  
tione villa , vt nihil ultra desiderari possit. Ceterum quod ad  
arma attinet iudico magni momenti esse , quod aëtum est,  
& agitur pro propria, & necessaria defensione Regiæ ditionis  
huius, aduersus excursiones , & impetus Lusitanorum , seu  
Brasilensium ex oppido sancti Pauli. Sunt etenim isti Indi in  
omni armorum genere, tum Sagittarum, tum catapultarum  
vsa

Quam sint  
utiles ad  
India con-  
uerzionem.

Ex labori-  
bus prope  
infinitis.

Ex Tem-  
plorum  
ornatu: &  
Musicorum  
cantu.

Ex Indo-  
rum subje-  
ctione Deo,  
& Regi.